



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

18. Triplex hominis ætas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Stipari officulis auditûs organa ternis,
 Quisque machaoniâ, qui valet arte, docet.
 Nempè palam Triadis quoniam mysteria Doctor
 Explicat, hanc vulgus percipit aure fidem.

SYMBOLUM 18.

Triplex hominis ætas.

Crescens, media, deficiens.

Non immota manet, crescit, stat, deficit ætas,
 (a) Ad metam gradibus labitur hisce tribus.
 Maturo liberes animo, quo tramite pergas
 Præfixam ad metam, quam tua tela petant.
 Dum crescit, dum stare putas, dum labitur ævum;
 Tuta tibi ac felix meta sit una Trias.

(a) Quid aliud est vita quam cursus ad mortem inquit S. Aug. Præsens vita magis mors est quam vita, quia consistit in corruptione, fluxu & refluxu. Theoph. A. tumulo tumultum peto. Nazianz. Quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tum quoque cum crescimus vitæ decrevit; hunc quem agimus diem, cum morte dividimus: mox ut in vitam ingredimur, statim alia porta exire incipimus. Seneca epist. 59. Ite nunc mortales, opes, honores, prædia accumulate, cras morituri dicit noster Pincharius. Plures corporis humani Trinitates reperire est apud Bedam de nativitate infantium. Ubi etiam tres dies & noctes addit scilicet 6. Kal. Feb. & 3. Kal. & idus Feb. in quibus si vir natus fuerit, corpus ejus sine dubio integrum manere dicit: cujus mysterium mirabile est valde. Quid veri subsit, nescio.

SUB